



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXX. Bischof Conrad von Havelberg bestätigt den Kaland des Landes Havelberg und verheißt den Wohltätern Ablass, am 3. Februar 1428.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

LXXX. Bischof Conrad von Havelberg bestätigt den Kaland des Landes Havelberg und verheißt den Wohlthätern Ablass, am 3. Februar 1428.

Nos Conradus, Dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, sinceram in Domino caritatem. Pios affectus honorabilium virorum presbiterorum fraternitatis Kalendarum districtus Havelbergensis nostre dioceseos promovere, cultumque divinum summa ut decet diligentia dilatare affectantes predictam Kalendarum fraternitatem olim ex pia intentione et salubri devotione factam, nec non omnes et singulas donationes, legationes, assignationes et venditiones eidem fraternitati quovismodo factas una cum literis donationum, assignationum et venditionum eorundem, iustas et rationabiles ejusdem fraternitatis consuetudines et antiquas observationes ad concordiam et laudabilem conversationem atque divini cultus augmentationem tendentes ratificavimus, approbavimus, confirmavimus et presentibus in Dei nomine ratificamus, approbamus ac ex certa scientia confirmamus. Si qui vero redditus in augmentum et meliorationem reddituum altarium a fratribus dicte fraternitatis Kalendarum fundatorum aut quomecunque alium pium usum et commodum fraternitatis ejusdem comparati fuerint aut assignati; Illos jure, libertate, approbatione et confirmatione similibus cum jam comparatis et assignatis volumus et pie concedimus perpetuo congaudere. Insuper omnibus vere penitentibus, qui predictarum Kalendarum fraternitati manus porrexint adjutrices eam verbo vel facto promoverint, vel defenderint, aut vigilas vel missas cum devotione tempore memoriarum confraternitatis ejusdem celebraverint, audierint seu interfuerint, auctoritate omnipotentis Dei et Sanctorum Petri et Pauli apostolorum meritis confisi quadraginta dies indulgentiarum nostrarum indulgemus. Et ut missas in tabulis consecratis in coro mundo et honesto temporibus memoriarum celebrare possint, dummodo aliquod canonicum non obstat, dictis fratribus per presentes concedimus potestatem. Datum Wilsnak, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, ipso die Sancti Blasii episcopi et martyris, nostro sub secreto presentibus subappenso.

Mitgetheilt vom Freih. von Ledebur.

LXXXI. Die Kalands-Brüder zu Pritzwalk verpflichten sich für 30 Rheinische Gulden zu einer Memorie und zu einem Seelbade, am 3. April 1435.

Vor allen jeden Christenluden, de desse Schriffe zeen, hören edder lesen, bekenne wi Decken, Kemmerer vnd Gemeine Brüder des Calandes to Pritzwaleck openbare vnde Kraft desses Breves Betügende, dath wi von deme würdigen Herrn, vnnsern leven Medebroder, Ern Jacob Scroder, Kerekheren to Stephenshagen, gutliken in guden loven entfangen hebben drittig gude Rinsche Gulden, di wi schalen vnde willen anlegen dar jährlickes Tinses twe Rinsche Gulden mede to kopende. So dannes jährlicken Tynses Ern Jacob myt syner Badmonen Getruden sick willen bruckende tied erer twier levent, des wy en den yn kraft vnnfes Breves gerne gönnen